

## 5. TERRITORII BERGOMATIS.

8044 columna. Ad campestre oratorium SS. Cosmae et Damiani prope Verdello maggiore a Canonicae pago m. p. V, ab Addua fl. m. p. IV CALVI MAFFEI. Rep. apud Verdellum in via m. p. IV ab Adda ROTA I. Bergomi in museo MAFF. (M. V.) ROTA II. Ibi hodie non superest nisi frustum exiguum.

d. d. n. n.  
 a VALENTINIANO  
 ET FLA VALENTI  
 DEVNIS FRATRIBVS  
 5 ET SEMPER AVGVSTIS  
 DEVOTA VENETIA  
 CONLOCAVIT

Contuli quod superest. Calvi *effem.* 3 (1677), 468 qui citat relationem Caelestini; Maffei qui vidit Ver. p. 383 inscr. n. 70, M. V. 379, 4 (inde Orelli 61); Lupi cod. dipl. Bergomat. 1 (1784) p. 3 ex Maffeo ut videtur; Rota ms. et *orig. di Bergamo* p. 100.

D·FLA ante VALENTINIANO addit Rota. — 2 VALENTINIANO Lupi. — 3 FLAVIO Calvi. — 4 DI (aut DI aut DE) hodie, DEVNIS 'sic' Maff. Rota, DIVINIS Calvi. — 5 ET om. Lupi. — 7 COLLOCAVIT Calvi.

## IX. VIA POSTVMIA

## GENVA CREMONAM, CREMONA VERONAM ET VLTERIVS.

8045 columna miliaria. Veronae ex museo Moscardiano illata in philharmonicum BORGHESI VENTURI.

priore scriptura:  
 S·POSTVMIVS·S·F·S·N  
 ALBINVS·COS a. u. c. 606  
 C·XII GENVA CREMONAM  
 XXVII

postiore scriptura, ut numeri hi  
 incisi sint supra litteras v. 1 VMIV

VIII

Contuli. Est in vol. I n. 540 et ad lapidem expressa in tabula Ritscheliana LV A. Ediderunt Borghesi *giorn. Arcad.* 10 (1821) p. 211 sq. et apud Persicum *descr. di Verona* 2 (1821), 70. 110 = opp. 3, 79 seq.; Venturi *comp. stor.* (1825) 1, 10 (inde Henzen 5350. 6226).

Cum viam Postumiam factam esse ante a. 637 ex sententia Genuatium (n. 7749) efficiatur, ante eum annum in fastis sexti septimique saeculi Postumii consules nulli reperiuntur nisi diverso praenomine aut suo aut paterno excepto uno Sp. Postumio a. 606, cuius qui pater fuerit, aliunde traditum non habemus. Itaque ad hunc Borghesius recte titulum rettulit. De via Postumia dixi p. 411. 827. V. 3. 4 ita intellege Postumium viam fecisse et Genua Cremonam per M. P. CXXII (secundam enim litteram cum olim dubitans pro L habuissem, recognoscens denuo lapidem intellexi eo loco posse fuisse et L et X, quarum haec sola apta est) et inde, id est a Cremona, M. P. XXVII ad eum locum, quo primum stetit cippus iam antiquo tempore inde alio translatus. Numeri satis conveniunt, cum Genua per Libarnam et Dertonam Placentiam numerentur in itineralio Antonini m. p. CIII (deductis scilicet ex numero viae Libarna Dertonam m. p. XX propter ea quae diximus p. 827), Placentia Cremonam computanda sint minimum m. p. XX. Ita cippus origine steterit necesse est ultra Cremonam m. p. XXVII, id est m. p. c. V a Betriaco ad orientem, id quod non habet quod offendant.

## X. ASOLAE PROPE MANTVAM.

8046 columna. Asolae in Casamari MANUTIUS; in ecclesia maiore S. Andreae ROCCHA. — Ad exemplum recens pertinent quae sequuntur: *Nell' ingresso del palazzo abbaziale d' Asola, scavata in occasione di risarcimento l' a. 1732 AMADEI. Si vede al giorno d' oggi nella canonica MANGINI. Asola vicino alla chiesa IOLI.* — In agro Laudensi FABRETTI errore.

D · n · FL IOVIANO  
 TRIVMFATORI  
 SEMPER · AVG

Manutius cod. Vat. 5241 f. 639 (inde Donius 3, 69 et ex hoc Donat. 151, 7; item opinor Fabretti 686, 92 ex schedis Vatic.); Angelus Roccha bibliotheca Vaticana (Romae 1591) p. 261 (cf. p. 402; inde Grut. 285, 5), item opinor ex Manutianis. A prioribus Gnocchi p. 104. Marmore interim deperdito pro eo nescio qui proposuit exemplum recens, quod repertum esse a. 1732 collocatumque in atrio episcopi auctor est Amadei *cron. di Mantova* (1745) 1 f. 9, cui misit Sartori Castelfredensis. Habent idem Vinc. Pozzi canonicus Asulanus *Novelle della republ. lett.* (Venet. 1754) p. 272 (inde Zaccaria *stor.* 10, 612 et inst. p. 368) et Lud. Mangini *istor. di Asola* (ms. bibl. Querin. H VI 2) p. 38. Vidit item Ioli mon. ant. II. Damnavit Labus *mus. Mant.* 3, 344.

Ut dedi Manutius Roccha Fabretti, nisi quod v. 1 legunt DIV pro DN et v. 2 TRIVMPHATORI Fabretti. Recens exemplum sic excepit Iolius: DIV·FL·IOVIANO | TRIVMPHATORI | SEMP AVGVSTO | AN·DNI·CCCLXVIII.

Asula cum sit septimo lapide a Betriaco (Calvatone), proxima fuit viae Postumiae, quamquam inde separatur flumine Ollio. Malui tamen seorsum referre, cum ad ordinationem rei viariae pertineat plane diversam. Cuius urbis territorio olim comprehensa fuerit Asola interiecta inter Veronam Brixiam Cremonam Mantuam, non liquet (v. p. 403).